

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana ac
cum fonte primo

Diuicias siquidem honores sollicitudo inseparabiliter committitur.
Mundi pompa et fauor populi fumus est, et aura subito euanescens.
Que si plerumque placeant, penitudinem inducunt;
et si delectant ad modicum, productiore spacio displicebunt.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Taceo enim de voluptate hominum quam sit sterilis et incerta;
→ quae si plerumque placeat, poenitudinem inducit;
et si delectat ad modicum, productiore spatio displicebit.
Diuitias siquidem et honores sollicitudo inseparabiliter concomitatur.
Mundi pompa et fauor populi fumus est, et aura subito euanescens.
←
Petrus Blesensis, *Epistolae*, 35 (PL 207, col.114B).